



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

XVIII. De obseruatione psallendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

ANNO
CHRISTI
567. sæ sanctorum sunt, prandium habeant. In Septem-
bri toto , & Octobri , & Nouembri , sicut prius
dictum est , ter in septimana. De Decembri usque
ad natale Domini , omni die ieunent. Et quia in-
ter natale Domini & epiphania omni die festiuita-
tes sunt , itemque prandebunt. Excipitur triduum
illud , quo ad calcandam gentilium consuetudi-
nem , patres nostri statuerunt priuatas in Kalendis
Ianuarii fieri litanias, ut in ecclesiis psallatur, & hora
octaua in ipsis Kalendis circumcisiois Missa Deo
propitio celebretur. Post epiphania vero usque ad
quadragesimam ter in septimana ieunent.

XVIII.

Itemque pro reuerentia domini Martini , vel
cultu ac virtute , id statuimus obseruandum , vt
tam in ipsa basilica sancta , quam in ecclesiis nostris,
iste psallendi ordo seruetur. Ut in diebus festis ad
Matutinum sex antiphonæ binis psalmis explicen-
tur : toto Augusto manicationes fiant , quia festiuita-
tes sunt & Missæ sanctorum : Septembri septem
antiphonæ explicentur binis psalmis : Octobri octo
ternis psalmis : Nouembri nouem ternis psalmis :
Decembri decem ternis psalmis : Ianuario & Fe-
bruario itidem usque ad pascha. Sed ut possilitas
habet , qui facit amplius pro se , & qui minus , ut po-
tuerit. Supereft ut vel duodecim psalmi expedian-
tur ad Matutinum : quia patrum statuta præcepe-
runt , vt ad Sextam sex psalmi dicantur cum alle-
luia , & ad Duodecimam duodecim , itemque cum
alleluia. quod etiam angelo ostendente didicerunt.
Si ad Duodecimam duodecim psalmi , cur ad Ma-

600 IOANNES CONCILIVM IUSTINVS IVNIOR IMPERATOR.
P. III. CHARIBERTVS R. FRANCORVM.

tutinum non itemque vel duodecim explicentur? <sup>ANNO CHRISTI
567.</sup>
Quicumque minus quam duodecim psalmos ad Matutinum dixerit, ieunet usque ad vesperam, panem cum aqua manducet, & non illi sit altera in illa die vlla refectio. Et qui hoc facere contempserit, vna hebdomada panem cum aqua manducet, & ieunet omni die usque ad vesperam.

XIX.

Archipresbyteri vicani, & diaconi, & subdiaconi, non quidem omnes, sed plures in hac suspicione tenentur a populo, quod cum coniugibus suis maneant. Pro qua re hoc placuit obseruare, ut quotiescumque archipresbyter, seu in vico manferit, seu ad villam suam ambulauerit, vnu lector canonicorum suorum, aut certus aliquis de numero clericorum cum illo ambulet, & in cella, vbi ille iacet, lectum habeat pro testimonio. Septem tamen inter subdiaconos & lectores, vel laicos habeat concessos, qui vicissim septimanas suas cum illo facere omnino procurent: & qui distulerit, fustigetur. Et si in hoc presbyter negligens inuentus fuerit, quod non hoc sic implere contendat, triginta diebus communione priuetur, donec poenitentiam agat, & sic reuertatur ad gratiam. Reliqui presbyteri, & diaconi, & subdiaconi vicani hoc studio se custodiant, vt mancioli sua ibi maneant, vbi vxores suae: illi tamen segregatim solitarii in cella iaceant, & orent, & dormiant. Nam qui vxores non habent, in parte de mancioli suis habeant cellulas segregatim, vbi & ipsi itidem & orent segregati, & dormiant. Nam si inuentus fuerit